Philosophy of Law, 2/9/05, test 1, question 1, answer 438

Secundum traditionem et auctoritatem diuinarum scribturarum hunc secundum deum et auctorem omnium a patre et post patrem et propter patrem et ad gloriam patris esse numquam celauit; sed et magnum deum et magnum dominum et magnum regem et magnum mysterium, magnum lumen et magnum pontificem predicauit et dominum prouisorem et legislatorem, redemptorem, et salvatorem, pa genitum ante omnia saecula, totius creationis auctorem, uiuorum et mortuorum iustum iudicem, maiorem habentem deum et patrem suum secundum sanctum euangelium semper manifestauit, quia Omousianorum odiuilem et execrabilem, prabam et peruersam professionem ut diabolicam adinuentionem et demoniorum doctrinam spreuit et calcauit.

Et ipse sciens et nobis tradens, quod si unigeniti dei infatigabilis uirtus caelestia et terrestria, inuisiuilia et uisiuilia omnia facile fecisse honeste predicatur et a nobis cristianis iure et fideliter creditum, quare dei patris inpassiuilis uirtus unum sibi filium proprium fecisse non credatur? sed et Omoeusianorum errorem et inpietatem fleuit et deuitauit et ipse de diuinis scribturis caute instructus et in multis conciliis sanctorum episcoporum diligenter confirmatus et per sermones et tractatus suos ostendit, differentiam esse divinitatis patris et fili, dei ingeniti et dei unigeniti, et patrem quidem creatorem esse creatoris, filium uero creatorem esse totius creationis; et patrem esse deum domini, filium autem deum esse uniuerse creature.

Et ipse sciens et nobis tradens, quod si unigeniti dei infatigabilis uirtus caelestia et terrestria, inuisiuilia et uisiuilia omnia facile fecisse honeste predicatur et a nobis cristianis iure et fideliter creditum, quare dei patris inpassiuilis uirtus unum sibi filium proprium fecisse non credatur? sed et Omoeusianorum errorem et inpietatem fleuit et deuitauit et ipse de diuinis scribturis caute instructus et in multis conciliis sanctorum episcoporum diligenter confirmatus et per sermones et tractatus suos ostendit, differentiam esse divinitatis patris et fili, dei ingeniti et dei unigeniti, et patrem quidem creatorem esse creatoris, filium uero creatorem esse totius creationis; et patrem esse deum domini, filium autem deum esse uniuerse creature.